



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Rhemense Incerti Loci, In quo poenitentia indicta est iis qui
bello Suessionico inter Robertum & Carolum reges interfuerunt anno
DCCCCXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

20 IOANNES C. RHEMENSE. HENRICVS I. IMPERATOR.
P.X. CAROLVS SIMPLEX R. FR.

CONCILIVM RHEMENSE
INCERTI LOCI,

In quo pœnitentia indicta est iis qui bello Sueffionico inter Robertum
& Carolum reges interfuerunt anno * DCCCCXXIII.

ANNO
CHRISTI
[913].

* ad. 914.

ANNO dominicæ incarnationis DCCCCXXIII. episcopatus autem domini Seulti secundo, conuenientes sancti patres, Seulfus scilicet Rhemorum archiepiscopus, Abbo Sueffionicae vrbis episcopus, Adelelmus Laudunensis, Stephanus Camaracensis, item Adelelmus Siluanectensis, Airardus tunc inibi ordinatus Nouiomagensis, cum ceterorum eiusdem Rhemensis dioceſeos episcoporum legatis, decreuerunt hanc pœnitentiam his qui bello Sueffionis inter Robertum ac Carolum acto interfuerant iniungendam: videlicet, ut tribus quadragesimis per tres annos agant pœnitentiam: ita ut prima quadragesima fint extra ecclesiam, & coena Domini reconcilientur. Omnibus vero his tribus quadragesimis, secunda, quarta, & sexta feria, in pane, sale, & aqua abstineant, aut redimant. Similiter quindecim diebus ante nativitatem sancti Ioannis Baptista, & quindecim diebus ante nativitatem Domini saluatoris, omni quoque sexta feria per totum annum, nisi redemerint, aut festiuitas celebris ipsa die acciderit, vel eum infirmitate sive militia detentum esse contigerit.

CONCILIVM APVD TROSLEIVM.

IN QVO ISAAC COMES CVM STEPHANO
episcopo Camaracensi rediit in gratiam,
anno DCCCCXXIV.

ANNO
CHRISTI
914.

FLODOARDVS in chronicō: Anno, inquit, DCCCCXXIV. Isaac comes quoddam castellum Stephani Camaracensis episcopi dolosa infestatione comprehendens incendit. Et post alia: Synodus episcoporum Rhemensis dioceſeos apud Trosleium Octobri mense habita, Seulfo archiepiscopo præidente: in qua Isaac comes ad emendationem & satisfactionem venit pro his quæ praeue aduersus